

einzelne verzeihelt 4. III. 1915.

Silvest. theol. Vol. 35

~~S. 111.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
VI-15.  
SIGNAT. CISIDCCCXIII.





EXERCITATIO THEOLOGICA

SCHEFFRO

THEOLOGIAE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

ANDR. SCHNEIDER TO. Prof. Publ.

JOH. W. SCHNEIDER

LEIPZIG

1774





11  
בשש

הקדמה *sive* PRÆLOQVIUM.

**P**racellens hoc Oraculum illustreꝝ Vaticiniũ מִשְׁבֵּט שִׁירָה de SCEPTRO JUDAH, nec non שִׁירָה SCHILOH, rege Messia, benedicto, (antiquiss. lib. בְּרַ) qualia in prasens enarranda, cum DEO, nobis sumimus, quin extet in sermone JAACOBI Patriarchæ valedictorio & testamento prophetico, Gen. cap. XLIX. comm. 10. nemo nescit, qui primoribus, quod dicitur, tantum labris gustavit Verbi divini מִלֶּחֶם וְנֶפֶשׁ וְנֶפֶשׁ i. e. mel & destillationes favorum, Psal. XIX, 11. Enimverò minimè hec in vestibulo prelixam instituemus Quæstionem, vel de toto Testamento patriarchalæ vel de parte hac ejus, quæ de in prasenti. Certè Rabbini censent (conf. Perer. Rivet. B. Gerhard. ad h. l. &c.) hæc omnia à Jacobo in formâ Cantici, & metrici quidem, fuisse pronuntia, cujus tamen ratio hodiè à nobis ignoretur. Alii verò non hæc atque talia à Jacobo fuisse metris inclusa, prout extant hodiè verba, sed demùm à Mose divino viro, in carminis formam ac normam, sensu ipsissimo verborum retento, fuisse redacta ob sententiarum gravitatem ac pondus, similiter Jobi Utsai sermonibus sicuti quid ejus acciderit, &c. Sed enim sufficiat nobis, parùm hac in re esse sollicitis, de cujus ratione & modo,

A 2

modo,

modo, ut ex parte jam dictum, liquidò non constat. At verò  
verisimile hoc non est, quod insuper affirmant alii aliq̄, quasi  
verò Moses verba formalia ipsissima Jacobi immutasset om-  
nimodè. Minimè. Caterùm horum quicquid sit, certum  
est, nec negari idem potest, Orationis genus hìc esse planè ex-  
traordinarium, egregium ipsum & sublimius, extra omnem  
communem locutionis formam positum, quale prophetarum  
frequentissimè esse solet. Unde tot in eo tropi & figura, & cre-  
bra illa sub diversis verbis anaphora & sententia solito con-  
tractiores, atque nonnihil eò obscuriores etiam non raro, me-  
taphora item & comparationes perpetuae & his similia, miro  
certè omnia disposita artificio, ut non nisi auctorem & moto-  
rem organi sui verè divinum arguant. Detestanda utiq̄, ut  
sit R. Selomonis aliorumq̄, Judæorum nonnullorum impietas at-  
que audacia (conf. Alf. Tostatium, in h. l.) qui proferre ausi  
sunt, Jacobum moribundum jam delirio & *ἄσπετος* in qua-  
dam correptum hac sua protulisse, ac paratum quidem fuisse  
filiis suis benedicere, sed recedente ab ipso Spiritu DEI, inci-  
disse in *ἄσπετος* *ἄσπετος* *ἄσπετος* factum esse, ut quibusdā quidē bene-  
dictis malediceret. *Ἄλλο γὰρ καὶ ἀσεβές.* Cū quo, mirū! paria ferè  
habet Isidorus Pelusiota, lib. I. epist. ep. 365. & 366. cit. Pererio  
hic, disp. 3. vir sui seculi aliàs doctissimus, B. Chrysostomi disci-  
pulus, qui: Vatem s. morti proximum eo quidem consilio con-  
vocasse filios, ut futura, ac imprimis mysterium incarnationis  
filii DEI & descensum ejus in terras, redimendo generi huma-  
no, iis exponeret, sed cum illi tanti mysterii non essent digni,  
repente DEUM ejus mentem immutasse, fecisseq̄, ut non futu-  
ra, sed praterita & jam pridem gesta iis commemoraret. Mi-  
rum, ajo, quī & quomodo Viro tale quid ejus in mentem ve-  
nerit, nec cuivis satus obvium. Facebant. Potiùs nos nunc  
gradum protollemus ad rem ipsam. *Θεός. Θεός.*

המקרא

המקור *TEXTUS ORIGINALIS*

ברא מס י

לא יסור שבט מיהודה ומהקק מבין רגליו עד

כי יבנה שילה וילו יקחה עמים :

*Non recedet Sceptrum de Judah, neque Legislator de pedibus ejus, donec veniat SCHILOH, & ei obedientia populorum.*

הרגומים *s. VERSIONES.*

**N**olumus atverò hisce gravare chartas : vid. & consule quantum illas nihilofeciùs Biblia, vulgò Complutensia dicta, studio & sumtibus Franc. Ximenii, Card. & Archiepisc. Toletani, edit. ann. M D XVII. Antvverpiana sive Regia hisp. operâ Bened. Ariæ Montani, anno M D LXXII. Parisiensia s. Gallica, per Anton. Vitre, M DC XLV. Londinensia s. Anglicana polyglotta Briani VValtoni, anno M DC LVII. *Addantur* : Biblia Cl. Buxtorf. commentar. Ebr. Interpr. illustr. fol. M DC XX. *Targumim*, s. translationes : Onkeli, Jonathanis, Jerosolymitana, Syra, Arabica, nec non Persica Jacob. Tavvushi : vid. in hanc rem Bibl. polygl. suprâ all. Tom. I, & IV. item *Graci* : LXX. Interpr. Aquila, Theodotio, Symmachus, V. & VI. Edit. *Latina Versiones* : Vulgata, Hieronymi, Pagnini, Vatabli, Münsteri, Osiandri, Tremellii & Junii, Ariæ & c. *German* : B. Lutheri, (ed. pr. V Vitteb. M D XXIV.) Dietenbergii, (Mogunt. M D XXXIV.)



Veteres Norimberg. & Argētor, edit. a. M CD LXXXIII.  
& M CD LXXXV. (singulæ hæc in Biblioth. Acad. n. publ.)  
Belgica, Piscatoris, Vinariens. paraphr. hodiè, &c.

פרוש לפי הפשט

EXPOSITIO LITERALIS.

לֹא יִסוּר non recedet.

§. 1. לֹא non. Satis nota quidem negandi particula. Scripturam ejusd. quantum, in triginta quinque locis, juxta Masorethas, scribitur cum Vau וְלֹא. In duobus locis 1. Sam. II, 16. & cap. XX, 2. pro לֹא scribitur לוֹ, & in quindecim (imò pluribus) pro לוֹ ei, ipsi. לֹא conf. Lexicogr. Pagninus, Münsterus, Försterus, Schindl. Avenar. Buxtorf. hodièque Castell. in Lex. heptagl. &c. R. Dav. Kimchi in lib. שוֹ eam ponit sub radice לוֹ. Chaldaeus Paraphrastes suo utitur לוֹ Samaritanus Codex: אַז Syr. ܐܘܢ Arab. ۛ Pentateuch. Arab. è m. scr. Judæor. Maur. edit. Erpen. Lugduni M DC XXII: ۛ, præmissâ Wau copulâ, aut si mavis conjunctione causalî, respectu scil. habito ad præcedentia, aut fortè etiam completivâ, non secùs ac simile quid ܐܘܢ Arab. nonnunquam etiâ accidit. Persica Tavvusi edit. ۛ. In doles & significandi modi voculæ apud Ebræos vid. item ap. Lexicogr. passim. Omnibus temporibus, excepto futuro primo, præponitur: vid. Gen. IV, 5. cap. XV, 4. Tandem, ut alibi sæpè, ita hic quoq; in seqq. spargitur: לֹא יִסוּר שְׁבַט וּמַחֲקֵק i. e. לֹא מַחֲקֵק neque legislator &c. conf. Psal. IX, 19. Os, III, 3. &c.

יִסוּר recedet.

§. 2. Pro



§. 2. Pro quo & **וָיָחַד** 2. Reg. IV, 8: Nota vox & forma.  
 Rad. **וָיָחַד** live **וָיָחַד** *discescit, recessit, divertit, declinavit, de-*  
*fecit: cū quā facit quadatenus **וָיָחַד** refractarius fuit, averso*  
*est.* Menasse ben Isr. in Concil. Q. in Gen. 65. p. 88. *Duas ha-*  
*bet significaciones: primò auferendi, deinde appropinquā-*  
*di, Exod. III, 3. quæ utraque significatio, ut ait R. D. Kimchi,*  
*in unam cogi potest &c.* Hæc ille. Poniturque nunc abso-  
 lutè, frequentius tamen in constructione cum partic.  
**וָיָחַד** **וָיָחַד** & **וָיָחַד** ut h. l. Conf. Jud. XVI, 20. &c. **וָיָחַד**  
 wird das Scepter von Juda sich nicht weg begeben /  
 weichen. B. Luth. invariato quidem sensu passivè: nicht  
 entwendet werden. Ita Dieterbergius quoq;. Vet. Ger-  
 man. utraque suprà alleg. Das Scepter / das wird nit ab-  
 genommen von Juda. Eundem in modum etiam Hie-  
 ron. & Vulg. Chald. paraphr. **וָיָחַד** pro quo Schinde-  
 lerus in Lex. in rad. **וָיָחַד** legit: **וָיָחַד** à primitivo suo **וָיָחַד**  
 vel **וָיָחַד** *transivit, discescit: conf. Dan. VI, 8. cap. VII, 14.*  
 Targ. Jonathan. & Jerosolym. **וָיָחַד** Syrus **וָיָחַד**  
**וָיָחַד** ab **וָיָחַד** *recessit.* Arabs radice utitur  
**وَيَحِد** vel **وَيَحِد** quæ testibus Raphelengio, Golio & Castello in  
 Lex. ejusdem notionis sunt cum Ebræo **וָיָחַד**: Unde **וָיָחַד**  
 Futur. h. l. (v. Arabism. n. pag. 67.) & **וָיָחַד** *discessus, remou-*  
*tio &c.* Μεθρημνεῖς addemus Græc: οἱ οἰ igitur: οὐκ ἐκλείπει.  
 Ita Theodotio. Aquila verò: οὐκ ἀναστήσεται, *non discedes,*  
*migrabit: sic Thucyd. ἀνίσταμαι ἀπὸ Αἴγυπτος, discedo ab Aegip-*  
*na. Symmachus: οὐκ ἀναστήσεται, non auferetur: vid.*  
 Schol. Euripidis in Oreste. Santes, Arias, Vatablus, Osi-  
 ander: *non recedet.* Tremell. & Jun. *non desinet.* E quibus  
 omnibus atque singulis evanidum fit commentj id Judæ-  
 orum quorundam circa id verbi confestim commissum,  
 quo

quo sensum planè alienum huic affingunt, hunc nempe : *non diminuetur* scil. sceptrum, accepto hoc non de ablatione quadam, sed immutatione potiùs statùs, & quidè minoris dignitatis in majorem sive meliorem : locum nempe quando de Davide Rege Ebræorum ( conf. instà §. 19. & 24. ) intelligunt, cujus utpote potestas non diminuta, sed è minore in regiam adaucta & commutata sit. Trásseant : potiùs ad alia aliaque nos convertimus : שבט sequitur :

שבט *Sceptrum.*

§. 3. שבט & שֶׁבֶט utrumque in S. Literis frequens & usitatum. Unde Germanorum *Stab* / per metath. liter. & Græcum *σκήτων* & *σκήπτρον*. Latinor. *Stipes, Scipio & Sceptrum* : & vicissim Germanor. ein *Scepter*. Varia in Scripturis habet significata : I. Notat *surculum, virgam* sive *baculum* quæcunqve, qvî nascitur in vel ex arbore, aut trunco vel radice ejusdem. In qvo sensu à L X X. Interpretibus reddi solet per שֶׁבֶט. Vid. & conf. Exod. xxi, 20. Lev. xxvii, 32. Ps. xxiii, 4. Proverb. x, 13. cap. xxvi, 3. Jes. x, 15. cap. xxviii, 27. &c. II. Synecdochicè *Sceptrum*, (qvicquid hîc Piscator, Qq. in Gen. q. 418.) id est, insigne regium sive symbolum regni aut potestatis hujus, qvale etiã Corona est. Qvod nempe apud Veteres erat *Baculo* : sive id jam ad rectitudinem indicandam, qvæ regimini inesse debet, sive severitatè etiã, qvod instrumentũ esse possit, qvo quis vapulet : sicut Ulysses Therfitè sceptro percussisse fertur. Græcis & LXX : *σκήπτρον* dictũ. Nunc vid. Esth. viii, 4. Ps. ii, 9. xlv, 7. Jes. ix, 4. Ezech. xix, ii. & ult. Amos i, 5. & 8. Zach. x, ii. &c. III. Per Metonymiam *regnum* sive *potestatem*, dominium & jurisdictionem : ut cujus signum Sceptrũ est. Vid. Jes. x, 5. qvo in loco Targum legit שֶׁבֶט, item cap.

xiv, 5.

XIV, 5. conf. Zach. x, 11. Targ. viciss. שולטן adde Numer. XXIV. 17. Psal. II, 9. Ps. XLV, 7. Ps. cx, 2. Ps. cxxv, 3. Portò I V. in sensu singulari *Reges ipsos* sive *magistratus* & *personas* penes quas regimen. V. 2. Sam. VII, 7. quem locum B. Lutherus interpretatur, die *Stämme* pro quo tamen legitur I. Paral. XVII, 6. שפטי ישראל Amos I, 5 & 8. pro quo iterum Chaldaeus Interpr. שולטן עבד faciens potestatem: conf. Flac. in Cl. v. Sceptrum. V. Rarò per ἀντίρροσιν & in sensu contrario *subditos*, qui potestati alterius subsunt, s. regni hereditatem Jer. x, 16 cap. LI, 19. Præterea VI. *Tribum*: quæ, instar virgæ vel rami ex uno stipite vel arbore, ita ex parente uno, exemplo duodecim illarum ex uno patre Jacobo, enata est. Quæ sanè, fateamur, Vocis acceptio frequens satis aliàs est. Vid. vel hoc ipsum caput XLIX. v. 28. adde: Deuter. XVII, 1. Jos. IV, 8. cap. XVIII, 2. Jud. XVIII, 19. XX, 12. Ps. cv, 37. Ps. cxxii, 4. alibi. Contr. Kircher. in Concord. exempla 107. adfert. LXX. senes in simili sensu vocabuli id sæpè per φυλῆν interpretantur. VII. *Familiam* alicujus tribus certam, atque sic idè est, quod משפחה pro sapia s. familia; cui subordinatur hinc בית domus. Vid. Jos. VII, 14. Jud. XX, 12. Quorsum referunt etiam alii aliiq; II. Deuter. I, 13. Jes. XIX, 13. VIII. *Plagam, percussionem & castigationem*, quæ fit quasi baculo vel flagello quodam; 2. Sam. VII, 14. Job. IX, 34. cap. XXI, 9. Ies. IX, 4. Ezech. XX, 37. IX. *Telum* seu *hastam*, cuspidem quamcunqve ex baculo vel realia factam, cujus caput acuminatum & laminâ ferreâ non rarò munitum: 2. Sam. XVIII, 14. Deniq; *Stylum* sive *calamum scriptorium*, ex sarculo factum, aut eidem simile quid: Iud. V, 14. Conf. item nunc, si lubet, Marc. Marin. in Arca Noæ, rad. מנשה Menasse ben Isr. in Concil. ad h. l. Castell. in Lex. hic &c.

B

§. 4. Iam,



וְשִׁלְמוֹן לֹא פָּסְקוּ מִלְּכִין וְשִׁלְמוֹן *non cessabunt reges & praesides*, Iero-  
 solymitano : לֹא פָּסְקוּ מִלְּכִין *non cessabunt reges* : In Rab-  
 both s. Breschith rabba כְּנֶסֶת גְּרוּלָה *Consistoriū sum-*  
*mmum s. magnum*. Immo ipsis in Fontibus sacris legite locū  
 insignem ap. Zachar. cap. x, ii. nostro huic per similem :  
 וְיִסְרוּ מִצְרַיִם שֵׁבֶט *Sceptrum Egypti recedet*. Græci : σκῆ-  
 πτερον Αἰγύπτου ἡσέλει. Addantur, post Talmudicos  
 libros, Cod. Sanhedrin cap. i. fol. 5. & Cod. Horajoth cap.  
 3. fol. 11. quos Cl. Buxtorf. citat, recentiores, Kimchius,  
 R. Sel. Jarchi, Aben Esra, R. Abrah. Hispanus, R. Tanchu-  
 ma, R. Bechai, R. Mose ben Nachman, R. Jitzchack ben A-  
 rama, Chaskuni s. R. Chiskia, & se vidisse ac legisse te-  
 statur omnes in Lex. min. rad. שֵׁבֶט. Addantur præte-  
 reā : Samaritanus codex, qui & ipse vocabulo utitur

גִּבְעָה absq̄ve dubio in sensu dato. Ita Syrus :  
 ܩܘܨܝܢ Arabs : قوسين *arundo, calamus* Per-  
 sica Tavvusi : سلطانين *imperium exerte*. Lxx. qui per ἀρχοντα  
 reddunt, quos sequitur etiam Theodotio, Aquila qui:  
 σκῆπτρον. Symmachus : ἔξοια. Hieronymus & Vulgata :  
*Sceptrum*. B. Lutherus & Dietenberg : Das Scepter &c.

§. 5. *Secundo*, ex Christianis alij alijque quondam at-  
 que hodiè, שֵׁבֶט reddunt per *Tribum* sive virgam tribus  
 lem, hoc sensu : non desinet tribus Juda, vel : non desinet  
 esse Juda tribus peculiaris, à reliquis undecim distincta  
 &c. E quorum numero sunt juxta plurimos *ex Veteribus*  
 Iustinus in dialog. c. Tryphon. (cujus locum suum facit,  
 interpolat & illustrat Isaac. Casaubonus Exerc. AntiBar-  
 ron. l. sect. 2. p. 10. seqq.) porro Eusebius demonstr. evan-  
 gel. lib. 8. demonstr. i. quiq̄ve subinde addito epitheto ἐγ-  
 κωμαστικῶν eam vocat : Φυλὴν βασιλικήν, *tribum regiam*,  
 ἡγεμονικῶν ἀξίωμα &c. Athanasius lib. de incarn. V. D. Chry-  
 sosto



fofstomus, Theodoretus, alii, *Ex recentioribus* v. gr. Tremellius & Junius, Piscator, (ex parte) Genevenfes, Montacutiq, alii: add: ex noftris B. D. Tarnovius & c. Pro טבש quippe legunt Tremellius & Junius hîc: *Tribus*: & hanc describunt *per certam feriem gentis ejusdemq, per fcripti- onem accuratam*, vid. fuo l. Piscator verò, ut ut aliter ali- bi, in Qq. tamen in Gen. q. 418. fcribit: *quia vocabulum טבש tribum fapè fignificat, fceptrum v. id efl, regiam vir- gam nusquam, quod fciam, magis probanda videtur* Verfio noftrorum, h. e. Tremellii & Junii. Vaticini porro fensus (addit) efl, *non defituram tribum Juda, antequam venerit Mefias & c.* Hæc ille. Genevenfes porrò in annot. ita: *Sceptrum non recedet, i. e. Tribus Juda manebit à cateris tribubus diftinâta usq, ad Mefia adventum.* Montacutius (cit. Sixt. Amam. in Antib. bibl. ad h. l. p. m. 453) in analect. exercit. 2. f. 8. *Sensus ergò efl. Judæos non defituros gentem ef- fe, nec difsipandos, fed cum forma aliquâ reipubl. perfitu- ros & c.* Deniqve D. D. Tarnovius in Exerc. lib. 2. claff. 1. n. 1. p. 551. *Virga tribulis, h. e. non definet efle tribus peculiaris & à reliquis non modo diftinâta, fed & reliquis antecellens: & pag 553. Juda non definet efle tribus, cujus familia & ftirpes poffint diftinâte numerari & c.* Verumenimverò Resp. 1. Radicis טבש minùs propria, fed coacta nimis fignificatio fic efllet: *non definet & c.* 2. Ecquis verò hic fensus: *non recedet tribus de tribu Juda?* 3. Tribus Juda in feqvente vo- ce יהודה potius mentio fit: quem in modum reliqua i- tem nomina, Ruben, Simeon, Levi & c. non propriè, fed patronymicòs fumuntur pro tribubus fingulis: quicquid fortè in contrarium alii. 4. Sic dicendum in cafu recto: *non definet tribus Juda*, non מיהודה 5. Adventùs Mes- fiae temporibus non una fola tribus Iuda, fed etiam tribus Benjamin atqve Levi fuperrites erant, 6. imò reliquæ de- cem,

cem, utut abducta eadem, non tamen ideò penitus defierant. 7. notandum non minus, quod qui pro Tribuli virgâ pugnant, nihilofeciùs, coacti vi veritatis, hanc cù conditione aliqualis dignitatis & præminentiaè intelligant. vid. suprà dicta.

§. 6. *Tertiò*: Sunt ergò alii aliiq;, & potissimi quidem, cùm veterum, tùm recentiorum Interpretum, qui שבט *Sceptrum* reddunt, vel potius figuratè & meronymizos sumpto vocabulo (vid. suprà acceptionem in ordine tertiam) *regnum, potestatem, dominium, jurisdictionem, majoritatem, majestatem, qualiscunqve jam illa* si, de quò pluribus infrà. Cui sententiaè favent 1. Textus ipsissimus, cùm quantũ antecedentia verba expressa vers. 8. & 9. יהוה אלהיך יהוה אחד *Juda tu (scil. es) te te laudabunt fratres tui &c.* & porrò : וְשִׁתְּחוּ לְךָ בְּנֵי אֲבִיךָ *incurvabunt se tibi filii patris h. e. fratres tui (majoritatis sc. ergò cujusdam &c.) tùm consequentia priorũ ἐξουσίαν hoc ipso comm. וְמִן מִן רַגְלֵי *neque legislator de pedibus ejus.* vid. paulò infrà. 2. Eventus, vaticiniorum optimus interpres. Vid. & conf. iterũ iterumqve, quæ mox dicentur paulò infrà. 3. Interpretes cùm veteres tùm recentiores pleriq;, *Veteres & Targumici, Talmudista, Rabbini, nec non Patres, quos sic laudant.* Illos suprà adduximus membro primo. vid. illud. Ex horum (Patrũ) numero sunt Origenes, homil. in Gen. 17. Ruffinus, lib. de benedict. patriarch. Theodoretus, in Qq. in Gen. & expos. hebd. Daniel. Augustinus, contra Faustum Manich. lib. 12. c. 47. Ambrosius, Isidorus Hispalens, Beda, Epiphanius, alii. vid. illos suo loco. *Recentiores* porrò : de quibus id ante omnia nihilofeciùs moneri deceat, quòd (imò & Veterum nonnulli) in eo omnes consentiant quidem,*

dem, Sceptrum s. potestatem, dominium, jurisdictionē  
&c. intelligi h. l. per טַבַּרְשׁ, dissentiant at verò non parū,  
nisi insigniter, in exercitio ejusdem, sive quantum ejusdē  
modum, adde applicationem ad subjecta sua & tempora  
certa, hæc vel illa, maximè verò durationem, decursum,  
terminum & ablationem ejusdem: quo de suo loco in-  
frà §. 8. Videndi omninò atque præ cæteris Cæs. Baro-  
nius, in apparatu ad annal. suos ab init. mox num. 3. seqq.  
& contra hunc Is. Casaubonus, exercit. Antibar. i. sect.  
2. seqq. Ben. Pererius in Genes. h. l. disp. 8. num. 72. seqq.  
(quo in loco Septem Opiniones diversas adfert) Andr.  
Rivetus in Genes. Exercit. 179. & 180. Petr. Cunæus de  
Republ. Judæor. lib. 1. cap. 9. seqq. similes. Enimverò  
quicquid horum sit, nos contenti hac vice Consensu illo-  
rum unanimi & universali, quantum notationem datam  
nudè, *Sceptri vel domini* alicujus, unum alterumq; item  
commatis hujus majoris Autorum ipsis eorundem ferè  
verbis adducemus, infrà datâ tum postea etiam hac de re  
& suo loco nostrâ sententia qualicunque. Ita ergò Cæs.  
Baronius suprâ cit. loc. *Opportunum sanè tempus, defecerat  
enim, quod erat in sacris Oraculis, de tribu Judâ & domo Da-  
vid regium sceptrum: quæ repetit in subsequenti-  
bus nō semel. Is. Casaubonus, allegato loco, edit. Francofurt. a. o.  
M DC XV. pag. 17. Nos contra probavimus, regnum qui-  
dem Judæ non promitti hîc perpetuum, sed huic quidem tri-  
bui dignitatis quandam præcellentiam. Et alibi: Successio  
regalis, id est, stirps regia, quæ jus habet regnandi, ut a-  
tū non semper regnet.* Andr. Rivetus porrò ex mente  
quidem Pererij, cujus (Pererii) hanc facit Summam, Exer-  
cit. 180. ab init. mox: *Dignitas regalis s. potestas populi Es-  
braeorum. Licet enim varia fuerit reipubl. Judæorum admi-  
nistratio & tandem emerferint Reges ex Levitica stirpe,*  
regnum



regnum tamen aut respubl. fuit in tribu Juda & ex tribus Iu-  
da: Et paulò post: Regnum, ditio & civitas regni Juda fu-  
it &c. Petr. Cunæus, Jctus Leidensis, de Republ. Jud. lib.  
I. cap. 9. p. m. 75. & 77. *Majestas imperii, ea scil. qua tribui  
Juda adhesit, ex quo tempore semel ejus esse cœpit, etsi mutato  
interdum fuit Reipubl. status, ac apud quoscunque etiam sum-  
ma rerum fuit, aut qua de gente aut tribu, qui Judaicas res  
moderati sunt rexeruntq.* Prætereà Corn. à Lap. hîc p. m.  
316. col. 1. *Regnum & Principatus: col. 2. Corona sive jus &  
potestas regnandi & creandi sibi reges & duces.* Melchior  
Canus lib. II. de Locis cit. Cornel. hîc: *Principatus s. Du-  
catus, si non aq. semper proprius & verus regum scil. è domo  
David, attamen depositarius per modum depositi sive concre-  
diti.* Deodatus, Interpretes Italicus, cit. Sixtino Amama  
Ant. b. Bib. lib. 2. ad h. l. p. m. 447. *Majestas, imperium  
tribus Juda postquam semel ejus facta fuit compos, & status  
tribus, qui nunquam omninò desit usque ad Christum &c.*  
Nec aliter verò ipse Amama loc. cit. & Joh. Coccejus a-  
pud eundem in Indice sub fin. pag. m. 982. *Populi majestas  
& regimen politicum, quicumque etiam illam majestatem re-  
presentent.* Conf. prætereà in hanc rem & vide Alf. To-  
statum, Vatablum, Calvinum, Paræum, Pellicanum, Drü-  
fium, Bullingerum, Scultetum, Menochium & ex nostris  
Gesnerum, Flacium, Osiandros, Gerhardum, Glassium  
&c. & quotquot hîc & alibi Interpretum audiunt nomi-  
nibus. Nec fastidiunt adhæc sententiam hanc per omnia  
ii, quos supra adduximus, qui *UW* per virgam tribulem  
exponunt. Piscator v. gr. in Qq. in Genes: *Non desinet tri-  
bus Juda, neque etiam potestas omnis imperandi adimetur ei.  
Et: non omninò auferetur, ut nulla superfutura spes sit illud  
sceptrum recuperandi.* Genevenses porrò in annotat. Sce-  
ptrum, i. e. tribus non recedet, retinebitq. politicum & ecclē-  
siast i-

*siasticum regimen aliquo modo. Montacutius: Formam aliquam reipubl. sacerdotium scil. & νομοθετικὴν retinebunt. Denique D. D. Tarnovius: Non desinet esse tribus peculiaris & à reliquis non distincta modo, sed etiam ratione majorum reliquis antecellens: neque deerit qui leges ceremoniales insculcet & exequatur donec veniat &c.*

§. 7. Nunc ex quibus omnibus atque singulis, prolata hactenus quæ sunt, non parùm confirmatur & illustratur sententia superior, data scil. *de Sceptro* h. l. intelligendo, h. e. *principatu*, prioritate, majoritate, majestate regnandi quadam, quæ huic tribui præ reliquis promittitur, addo, eidemque concredita semel continuo & perpetuo (ita omnino, ita arbitramur, salvis aliorum quorumcunque sententiis) adhasit ad tempora usque nati Messia, Schilo illius, quo de deinceps & suo loco. Enimvero nunc, antequam ad hæc atque talia gradum ulterius protollamus, quid per τὸ ὄψω Sceptri vel regiminis id genus vel modum nos præcisè atque penitiùs intelligamus paucis dispiciemus. Dicimus igitur, dicimus inquam: id nempe, quod Philosophi, Politici & historici, Aristoteles, Cicero, Tacitus, Livius, Curtius &c. passim: Sacrum regni, jus, jura majestatis, imperium, majestatem summam regni vel reipubl. alicujus, τὸ κύριον τῆς πολιτείας, (Aristotel.) addo insigne, jus retentionis &c. vocant. Hoc est, venit eò nobis Majestas vel potestas reipubl. summa alicujus, vel, quod idem est, summæ potestatis vel majoris status jus: porro, non idè-que æquale personale semper, sed (abstractivè sumptis re notatà vel terminis) reale; inconnatum, coævum & perpetuū quodque vocant. Verbo: ipsa Potestatis laudatæ quidditas & essentia quasi, quæ assidet regno vel reipubl. alicui: addo, quamque comitatur dignitas vel majestas  
quæ-

quædam, sequitur verò veneratio & metus, itemq; exter-  
nus splendor quidam & eminentia, in supremo honoris  
fastigio collocata illa singula: sive porrò illa jam admini-  
stretur per personam unam summam, regem, Cæsarem &c.  
imò quâ defuncta vitâ successivè & ordine non facilè in-  
terrupto per aliam aliamq; (modò modo id genuino &  
competenti fiat, non per tyrannidem) sive Primores &  
Optimates, licet illos inferioris quidem statûs & conditi-  
onis (repræsentativè & communicativè qui tale jus ha-  
bent) proporrò, illos atq; alterutros sive sint jam ex u-  
no eodemq; populo vel sanguine prognati, cujus est illa  
potestas, (atq; adeò genuinæ & naturalis majestatis sint  
Imperatores, reges, principes &c.) sive exteri & aliunde  
sint adsciti, non sine quidem id suo sive publico sive taci-  
to consensu, & communicativè, ut sic dicam, ita tamen,  
ut majestas vel potestas hæc sit maneatq; communicativa  
vel communicata potiùs, non abdicativa, similiter. Συλ-  
λήθην: Dignitas Imperii vel reipublicæ alicujus regalis vel  
libera: utut nō semper à regibus exerceatur, sed Optimati-  
b; vel quibuscunq; &c. &c. Unde distinctiones enatæ illæ:  
inter Jus vel majestatem realè & personalè, genuinam & re-  
præsentativam, communicativam vel communicatam,  
depositariam & abdicativam: adde inter statum monar-  
chicum & aristocraticum, similiter inquam. Exemplis rē  
etiam declarare solent: Imperii Romani, porrò Hispa-  
niæ, Poloniæ &c. regnorum, Venetorum Reipubl. simi-  
lium, administris quippe horum ad hunc usque diem ferè  
è familijs diversis, diversissimis individuis vel personis,  
majestate vel juribus hujus & potestate dominandi reman-  
entibus nihilominùs radicaliter & stirpitùs una eadem-  
que.

C

§. 8. Tan-

§. 8. Tantundem jam dico repetoq; se res habet  
habuitq;ve olim etiam cum populo Judaico & in specie  
tribu Juda (à quâ populo universo suū deinceps nomen  
vid. infrâ paullò §. 10.) apud quam nimir. Jus suprâ lau-  
datum non semel descriptumq; pluribus, in formali suo,  
sic dicendo, tanquam republ. liberâ & regia quadam, re-  
sedit hæsitq; & plenè quidem ad tempora usque nati Mes-  
sias: hiatu fermè, fermè dico nullo, habitis licet quidem,  
fateamur, temporum & circumstantiarum (maximè quã-  
tum ejusd. splendorem externum) nonnunquam ratio-  
nibus suis, secundum, quod fortè dicitur, majus & minus.  
Licet enim quidem v. gr. temporibus scissionis X. tribuū,  
ac his porrò in captivitatem Assyriacam irresolubilè de-  
ductis, hinc in & post captivitatem Babylonicam illam de-  
cantatissimam, præsertim verò temporibus Assamonæo-  
rum, qui de tribu cognatâ Levi erant, nec non eorundem  
posterorum & successorum, Sacerdotum simul & regum,  
Potestas hæc diminuta valdè & labefactata videri pote-  
rat (quod immò in alijs quoque non rarò imperiis & re-  
bus publ. fieri advertimus) imò translata in notatos mo-  
dò; attamen dico semel concredita illa (à tempore NB.  
nimir. concrediti: quodq;ve non opus statim in ipsâ Judæ  
personâ cœpisse) & annata tribui huic (Judæ) dignitas &  
majestas mansit huic (etiam temporibus Assamonæorum  
in modum concrediti vel depositi hanc administrantib;,  
& non sine suo illius, tribûs Judæ, ut vel tanquam princi-  
pis omnium, consensu) apudq; tribum notatam, quantum  
primores hujus vel optimates de domo David, nec non,  
addo, שבת גדולה (Aben Esra: h. 1. שבת גדולה) Sy-  
nedrium magnum, cujus probabile est non minorè par-  
tem, nisi & præsidem ipsum, fuisse item de familia hac:  
conf.

conf. Psal. CXXII, 5. & alia ll. donec pedetentim temporibus Au. Gabinii, M. Licinii Crassi, Cn. Pompeji & Julij Cæsaris, qui posteriores in formam provinciæ Judæam redegerant, præsertim verò temporibus Octav. Augusti, Imperatoris (Orbem conscribentis terrarum universum, ademptâ Judæis omni potestate, fatentibus vel ipsis Joh. XVIII, 31. cap. XIX, 35.) ejusdemqve, qui ex feudo regnum habebat Vasalli, Herodis, alienigenæ, ut plurimū volunt (Antigono, Assamanæorum è familiâ ultimo rege percusso securi, sublato item Synedrio laudato, à quo paulò ante accusatus ipse & vix non capitis damnatus erat, occisisq; de domo David iudicibus ordinariis, inqve horum locum substitutis proselytis & in lege utcunq; peritis) penitus deficeret & dignitas & potestas notata non semel: eversa mox per Vespasianum & Titum funditus universa republ. Judæorum: mutatis hisce postremoq; omnibus (regno tempor. & mundano) in regnum Messæ, Christi, merè spirituale & æternum: quo de Vid. omninò Ezech. cap. XXI. v. 27. locum insignè, aliaq; quàm plurima. *Καὶ τὰ ἑξῆς*. Nunc vid. & conf. item infra §. 17.

§. 9. Ac manū nunc L. B. de tabula hac retrahere tandem possemus: nisi invito licet, detinerēt aliquantisper adhuc Judæorum quidam, qui Sceptri id, quo de hæteno, perdurare etiamnum volunt apud Judæos hodiernos, Capita nimir. captivitatis residua adhuc, ita volunt fabulanturq; in Babylonia, Utopia dixissem ferè, imò Persia, Hispaniâ, Galliis &c. *גְּלוּת / גְּלוּתֵי מִצְרַיִם* Capita Captivitatis & illos vocant, item *Ἀρχιμαλοτάρχας* h. e. *Principes Captivitatis*. vid. & conf. J. Casaub. Exercit. Anti-Bar. 1. p. 14. col. 1. alii etiam *Abravaneles* (vid. Menasses ben Isr. in Concil. p. 92.) fallor? an ab Abravanele, patrono horū? qui quidem illi ipsi sint de stirpe Juda & familiâ s. domo

**David oriundi posteriqve horum , ex quibus nascituro sit**  
**cum tempore Mesias horum , Diis si placet. Unde ipsis**  
**differentia hæc quoque inter נְשִׂינֵי i. e. principē Syne-**  
**drii magni quondam in terra sanctâ & inter Aichmalot-**  
**tarcham hunc, quorū ille Nasi poterat (ita volunt) desumi**  
**æqualibet tribu, hic verò è solis Davidis posteris. Nugæ.**  
**Audiemus nihilosecius unū alterumqve eorundem : Ita**  
**ergò Benjamin, bar Jona, Tudelensis, in מסעורו s. Itine-**  
**rario, citante R. Isaac Aramah & ex hoc Menasse ben Isra-**  
**ël in Concil. ad h.l.p. 91. qui exertis verbis : *Bachdade sese***  
*oculis suis vidisse magnum numerum Israëliitarum , qui certo*  
*tempore principem, quem crederent ex stirpe Davidica esse,*  
*curru vectum prosequerentur, & inter eundum acclamasse :*  
*Facite locum filio David &c.* Qvalia suis ipsissimis ver-  
 bis, en , confirmat & approbat, (certè videtur,) quoque  
 J. Casaub. suprâ citato l: *Manavit, inquit, ab antiquiss-*  
*imis temporibus hoc institutum (scil. Aichmalotarcharum )*  
*quod semper deinceps in eo tractu servatum, manet hodieq; in*  
*urbe Bachdade, ubi Aichmalotarcha semper est de tribu Ju-*  
*da &c.* R. Moses verò ben Mnaimon, Ægyptius, lib. Jad.  
 cap. 4. ראשי גליות שבבבל וכו' i. e. *Capita Captivi-*  
*tatis [ Aichmalotarchæ ] Babylonii locum regis obtinent :*  
*jusq; ipsis competit dominandi in populum Israël omni loco, ves-*  
*lint, nolint : quia dictum est : non recedet Sceptrum de Juda.*  
*Ecce Capita Captivitatis , (Aichmalotarchas) Babylonios.*  
 Hæc ille. Porrò R. Selom. Jarchi ad h. præsent: לַגִּי  
 יסור שבט מיהודה מדור ואילך אלו ראשי גליות  
 שבבבל שרורים את העם בשבט שממונים  
 ; על פי המלכות i. e. *non auferetur Sceptrum de Juda,*  
*Ne, de David & ultra ecce de Capitibus (Aichmalotarchis)*  
 Capti-

*Captivitatis Babylonica, qua residua sunt cum populo in plagâ desolationis juxta modum regni. Præterea addit : ומחקק*

*: מבין רגליו תלמידיו אלו נשיאי אר' ישראל : neque legislator de pedibus ejus : Talmudista, ecce Capita [sc. captivitatis Babylonica] dixit Rabbi Israël. In quibus verbis ad Talmudicos Doctores ipse Rasche provocat : conf. & vid. libr. Sanhedrin cap. ריני ממונו de Judiciis divitiarum, add: Abraham Zacuthus, in Juchasin fol. 17. cit. If. Casaubono, Exercit. 1. ad appar. n. 3. p. 14. c. 2. itē Chronicon Ebræorum minus, quod vocant, R. Gedalia ben I-schaja, in Schalschelet hakkabala, similes. Verum enim-verò nugarum satis (maximè si addas Scythicos Judæos, ultra mare Caspium & fluvium, quem vocant, Sabbathicum superstites) nec operosâ opo refutatione harum. Conf. interim, si placet, B. D. Mollerus in Judaism, cap. 8. p. 224. seqq. adi & & conf. Origen. ως αρχων lib. II. c. 1. Theodoret. in Α' τρέπιω, Epiphani. in disp. contr. Ebion. & c. sequitur :*

*מיהוירא ex, de Judah.*

§. 10. Digna porrò quæ consideremus hoc loco, circa datum vocabulum, [paucis quidem] hæc sunt, v. gr. 1. *Impositio nominis*, & à quo & quando facta sit. Hæc atque talia jam suppeditat nobis locus Gen. XXIX. v. 32 & 35. Quibus *ὀνοματοποιός*, Lea, uxor Iacobi & mater Iudæ notatur, nec non impositionis ratio & occasio, hæc nempe atque hisce verbis: *& concepit adhuc* [sc. quartum] *Lea, & peperit filium & dixit: הפעם אודת את יהוירא* *hæc vice laudabo Dominum על כן קראתו שמו יהוירא* *idcirco vocavit nomen ejus Jehudah. Idem ergo est יהוירא* *quod*





certè de Juda dicitur: *tu tu es, te te laudabunt fratres tui*  
*&c. & non aferetur Sceptum de Juda, non de tribubus aliis*  
*aut universis) Tribum & posteritatem Judæ, in significati-*  
*one superiore, in ordine secundâ, quæ (conf. mox seqq.*  
*verba) מבין רגליו de pedibus ejus processit. Quæ de phrasi*  
*infra pluribus. Ac favent huic expositioni iterum: 1.*  
*Targum Onkeli, Jonathanis, nec non Jerosolym. qui u-*  
*nanimiter omnes: מרבית יהודה à domo, familiâ Ju-*  
*da: conf. omnino Exod. cap. II. v. 1. & cum hoc LXX: qui*  
*expresse: ἐκ τῆς φυλῆς, ex tribu. Immo 2. Contextus atq;*  
*res ipsissima: adi & lege modo capitis hujus comma 28.*  
*: כל אלה שבטי ישראל שנים עשר Omnes istæ*  
*tribus Israël duodecim. Quid clarius? conf. & Ebr. VII, 14.*  
*adde, si placet, 3. consentientes nobiscum Interpretum,*  
*alios aliosq; imò plerosq; &c.*

וּמַחֲקֵה & Legislator.

§. 12. קקח significatione congruit, dicit Avenarius  
 hic, cum קח & קחה i. e. *effigavit, constituit effigiem.*  
 Significata autem id nostrum קקח *exaravit, descripsit, ex-*  
*sculpsit* in genere vel communi; & de rebus quibusvis ea-  
 rundemq;ve lineamentis primis concipitur: hinc *statuit*  
*notat, constituit, decrevit*, nec sine id autoritate sua  
 quadam: unde קח *decretum, statutum, prescriptum.* A-  
 rabs hac radice كح non raro *verum, veritatem, justitiam,*  
 & quicquid rectum justumq;ve est exprimere solet: ut ut  
 h. l. aliâ, nempe radice كح utatur, quæ de infra paulò.  
 Forma כח בנין פעל irregularis quidem, sed satis nota est,  
 ob κακοφωνίαν trium similium literarum simul efferenda-  
 mutato Dagesch Piel in Vau cholem. Onkelos vo-  
 ce

ce ספרא scribe à ספר enumeravit, recensuit, utitur, Targ.  
 Jonathan. phrasi אוריתא ספראן & scribe docentes  
 legem, Ierosolym: ספראן מלפי אוריתא periti doctores le-  
 gis, Samaritanus voce & ipsa: פפאן Syrus :  
 פפאן expositor, interpres à rad. פפאן  
 indicavit, promulgavit. Arabs 'فهم' à them. 'فهم' designavit,  
 praescripsit. Pers. Tavn. سپري scribe. LXX. Senes quidē:  
 ἡγεμῶν, dux: Aquila verò: ἀκριβοῦς q.d. accuratus  
 LL. Doctor, Jctus, accuratè doctus, probatus. B. Lutherus:  
 ein Meister.

§. 13. Ex quibus omnibus atque singulis vicissim, al-  
 lata quæ modò sunt, constat (LXX. secundum & tertium  
 Interpretes, Vulgatum, qui ἡγεμῶν, ut modò dictum,  
 dux, princeps, similiter, non moramur) non scribam quæ-  
 vis aut amanuensem nudè, qui manu aut calamo פקיד  
 excipit, (in quam rem Cornelius hîc: *Judai imperiti &  
 fraudulentè scribam vertunt*) sed talem notare h. l. פקיד  
 cujus est jura condere, statuta & decreta populo dare,  
 praescribere; verbo: *Legislator*, quem in sensum etiam Pi-  
 scator: *Gesetzgeber*. Belgica: *de Wetgever*. Id enim  
 est jam, quod superiori שבט additur nunc פקיד (conf. in  
 in similem rem LL: Num. XXI, 18. Deut. XXXIII, 21. Iud. V,  
 14. Proverb. VIII, 15. Psal. LX, 9. CVIII, 9. Ies. XXXIII, 22. alibi)  
 quorum illud, ut suprâ demonstratum, ἡγεμονία τῆς πολι-  
 τείας, primarium regni vel reipubl. alicujus munus, pote-  
 statem nempe & majestatem, ἡγεμονία verò alteram ejus-  
 dem partem subordinatam ἡγεμονία νομοθετικήν h. l. signi-  
 ficat: ut unus idemque adeò sit, & cui suprâ ἡγεμονία tribu-  
 tur, & qui h. l. salutatur פקיד. Conf. in hanc rem insignē  
 locum B. Lutheri Tom. VIII. Ienens. Germ. *von den Jü-  
 den und Ihren Lügen* / fol. 71.

מבין

מִבֵּין רַגְלָיו *de inter, vel de medio*  
*pedum ejus.*

§. 14. Certè aliis מִבֵּין particula est, ex alterâ parte  
 πλεονάζων: vid. Arias, Rivetus, Gerhard. conf. Gramm. n.  
 univers. p. 192. aliis nomen, quod notet *medium* vel *medi-*  
*etatem*, vid. Tremell. Iunius, Mercer. &c. De eo Avena-  
 rius: מִבֵּין *Ebrais propriè est nomen, pro quo cum Latini non*  
*habeant correspondens, coguntur reddere per præpositionem.*  
 Estq; formæ מִבֵּין (מִבֵּין) & adeò h. l. constructû: addit  
 Schindlerg: idèq; valet quod מִבֵּין *mediû*. Unde מִבֵּין *mediû*  
*tempus* inter præter. & futur. apud Gramat. & alia nomi-  
 na, conf. si lubet II. Ps. CIV, 12. Ies. XLIV, 4. Ezech. X, 2.  
 cap. XIX, 11. quod vel tandem agnoscit etiam Cl. Buxtorf.  
 in Lex. qui utut primûm per *Inter* reddit, mox addit ta-  
 men: *interdum naturam habet nominis, q. s. medium* vel *me-*  
*dietatem* dicas. Quæ posterior sententia nobis quoque,  
 vel certè magis arridet. Sanè Syrus & Arabs distinctis  
 etiam utuntur utrinque vocabulis: ille:  $\Delta$   $\text{בין}$  hic:  
 $\text{מִבֵּין}$ . Ita primus atqve tertius Interpres, Aкви-  
 la & Symmachus;  $\Delta$   $\text{μετεξυ}$ . Belgica: *van tuschen sy-*  
*ne voeten.*

§. 15. רַגְלָיו *Pedes* sive *crura* propriè & ad lite-  
 ram significat: nonnunquam tamen pro eo omni, quod  
 est infrâ alvum usurpari, diu jam ab Interpretibus obser-  
 vatum est. Drusius unde in Fragm. Vet. Interp. in Addend.  
 s. Paralipom. ad h. l. p. m. 125. *Pedes autem vocantur, quo*  
*Viri sumus: unde aqua pedum.* Omnino: quæ quidem Scri-  
 pturæ S. nec non Lingvæ S. εὐφημία est. Vid. parallelum  
 huic nostro & extantiorem præ reliquis locum Deuter.  
 XXVIII, 57. מִבֵּין רַגְלָיו *ex inter s. de medio pedum ejus.*

D

adde

adde alia Iud. III, 24. 1. Sam. XXIV, 4. Es. VI, 2. cap. VII, 20.  
 xxxvi, 12. & conf. Pagnin. in Lex. h. l. Sanctū in Jes. VI, 2.  
 legatur etiam B. D. Glasius, Phil. Sacr. lib. I. tr. 3. sect. 8. p. m.  
 306. In quem sensum Targ. Onkeli & Ierosolymitan.  
 מכני בְּנוֹתֵי Ierosol. בְּנוֹתֵי de filius filiorum ejus, Jonathan.  
 מִן עֵינָהּ ex semine ejus. אוֹ אוֹ: עַל דָּבָר מִן אֹרְחָהּ אֲדֹרְתִי à faemoribus  
 ejus: ita etiam Theodotio & Vulgatus: respectu habito  
 ad loc. Gen. XLVI, 26. ubi per יָרַח faemur & ipsū genitura vel  
 poti9 genitalia insinuatur, sicut & aliis in locis, per מְעֵי  
 viscera: cōf. Gen. XV, 4. 2. Sam. XVI, 11. &c. Adi &, si lubet,  
 Fr. Valesiū in Phil. S. c. XIII. p. m. 145. quo in loco de fœmo-  
 rib9, in quib9 sint venæ seminales, ortæ ex lumborū venis,  
 differit. Denotatur adeoq; hac phrasi, verbo: *semen, stirps*  
 & tota Iudæ posteritas, quæ è lumbis ejus successivè & se-  
 ris temporibus progressa est: cui nunquam defuturus  
 fit מחקק *Legislator* כִּי יִבֹנֵהוּ עַד donec &c. &c.

כִּי יִבֹנֵהוּ עַד donec veniat.

§. 16. Neque enim hæc verba tantūm juxta *אֵינֶנּוּ*  
 Pererii Iesuiticam hīc disp. 10. art. 105. nec non Corn. à  
 Lap. p. 317. col. 2. connectenda sunt cum verbis superiori-  
 bus: לֹא יִסֹר שֶׁבֶט non auferetur Sceptrum, sed etiam præ-  
 cedentibus immediatè ומחקק: qui & ipse de stirpe Iudæ  
 & temporibus adventūs Messīæ superstes futurus sit. Por-  
 rō כִּי עַד Particulæ binæ alio atq; alio modo iterū, fate-  
 amur, reddi (alibi præsertim) possunt ac solēt. Quæ varie-  
 tas ex inspectis Lexicis & Concordantiarū Indicib9 mani-  
 festa facilè fit. Vid. præsertim Pagnin. Avenar. & Schind-  
 ler. &c. עַד quippe transitum notat nunc temporis, Psal.

XVIII,

xviii, 51. nunc loci, Gen. xii, 6. imò rem ipsam **עַד יְהוָה**  
*ad Jehovaham*, Deut. iv, 30. **עַד מְשִׁיחַ** usq; ad un-  
*ctam, Messiam*, Dan. ix, 25. Quinimò, quod negare non  
 possumus omninò (& quid inde verò degener Judæe?)  
 pro æternitate s. seculo nonnūqvā & in certis quibusdā lo-  
 cis ponitur: inter quæ hæc habe saltē pauca: Job. xx, 4. Ps. x,  
 16. Jes. xxvi, 4. cap. lvii, 15. cap. lxiiv, 9. At verò non ideò  
 etiam hoc loco: quasi verò sensus hic sit: non auferetur  
 sceptrum de Juda, neq; Legislator de pedibus ejus **עַד לְ**  
*in seculum vel æternitatem*, cum, quando nimir. (ita vo-  
 lunt) veniet Schiloh vel Messias. Minimè. Ratio, quia  
 primò heic non absolutè vel nudè, ut suprâ ponitur **עַד**  
**עַד** sed in compositione cum particula **כִּי**, notâ non rarò &  
 aliàs conditionali, nec non temporis *si, quum, quod, post-*  
*quam* (R. Selomo citante Menasse ben Israël hic: **כִּי** qua-  
 tuor significat: 1. idem est quod **לְ** quia. 2. **עַד** quod, 3.  
**עַד** s. 4. **עַד** sed) In quo casu adeò 2. exponitur omni-  
 nò per *donec, usq;ve dum, usque quò*, similiter: vid. & conf.  
 v. gr. Gen. xxvi, 13. cap. xli, 49 & c. quin immò 3. quantū-  
 vis etiam absq; **כִּי** at verò in *ovè* cum verbo quodam  
 aut aliâ orationis parte ponitur, in hunc tamen modum  
 tunc significat, e. gr. Gen. iii, 19. cap. xv, 16. c. xxiv, 19. & 33.  
 Jos. ii, 16. Ruth. i, 13. Ps. cx, 1. Cant. ii, 17. iii, 4. & 5. Jes. xxx, 17.  
 Os. x, 12. in quo loco, posteriore, idem planè habetur ver-  
 borum positus, qui hic: **עַד יָבִיאוּ** *donec veniat*. Addatur  
 4. Consensus iterùm **עַד** Targumim: Onkeli (non ob-  
 stante quod legat inseratq;ve **עַד לְ** *usque in seculum*,  
 addito interim confestim **עַד** *donec veniat & c.*) Jo-  
 nathanis, Jerosolym. 5. Rabbinorū aliorū aliorūq; Aben-  
 Esræ, Mos. Gerundés. R. Bahie, R. Sueb, R. Hizqvia cit. Me-  
 nass. ben Isr. in Concil. ad h. l. Nec obstat 6. ex mente R.

Bech<sup>h</sup>, accentus Jethibh in vocula <sup>ד</sup>ע, qui utut sit quidem aliàs distinctivus quidam minor, hunc præcessit tamen jam major multò illo, Athnach nimir, in voce <sup>ד</sup>ע<sup>ל</sup> hanc qui utiqve ab <sup>ד</sup>ע separat, non cum hac jungit, vel, quod eò redit, <sup>ד</sup>ע Jethibh vim distingvendi adimit: simile planè exemplum. vid. Ex. xxiii, 30. item aliud cum Rhebia Jos. ii, 16. Ruth. i, 13. & cum Sakephkaton Gen. iii, 19. Jon. iv, 5. similiter.

§. 17. Hinc anteqvam abeamus, à voculis nempe <sup>ד</sup>ע<sup>ל</sup> *donec quod, usque dum &c.* id notamus adhuc: acquiescere nos in sensu earundem vago vel indeterminato, non stricto æqve aut qui præcisè annum (hunc vel illū) mensem, diem &c. notet ablati vel auferendi potiùs Sceptri à Iehuda &c. neqve enim controversiam hanc faciemus nostram, aut ferram contentionis cum quoqvam recipocabimus: an eadem sint inclusivæ temporis subsequenti vel futuri, ut denotet scil. ablationem sceptri s. præfecturæ Iudaicæ, quando vel postqvam venit jam Messias; quo in sensu legitur Numer. xx, 17. <sup>ע</sup>ר <sup>א</sup>ש<sup>ר</sup> <sup>נ</sup>ע<sup>ב</sup>ר <sup>ד</sup>ב<sup>ר</sup>ך *donec transiverimus terminos tuos*: quæ verba rectè LXX: *εως αν παρελθωμεν τα ορια σου*: Vulgatus verò: *donec transeamus*; an verò exclusivæ illius sint, inclusivæ verò tantum præsentis vel instantis & ad modicum, quo nimir. vel paulò post venturus sit: quædere vel Quæsto hoc præ reliquis videndi Casaubonus, Exercit. AntiBar. i. ad appar. num. 3. Rivetus Exerc. 179. ad h. l. Sixt. Amama AntiB. bibl. in h. l. p. m. 447. seqq. Cunæus, de Republ. Iudæorum cap. XI p. m. 89. Coccejus citatus ab Amam. in Indice Antib. p. m. 982. similes: Quæ quidem interpretandi (nostræ scil. similis) ratio aliàs & in Vaticiniis in Scriptura S. occurrentibus non insolens est, & fa-  
tis-

tisfactum iisdem plerumq̄ve esse solet (ita, omninò) si e-  
 ventus non in ipso præcisè τὸ ὄν aliquo, sed vicinitate ej⁹  
 terminetur; atq̄ve addubitemus prætereà, an nudè & ex  
 indole unâ solâ particularum notatarum solidè aliquid  
 possit elici. Probè tandem suprâ laudatus ipse H. Casau-  
 bonus in cit. Exerc. I. ad appar. num. 3. p. 16. *Interitum re-*  
*ipubl. Judæorum, quem ante tot secula Jacobus prædixerat: a-*  
*lio tempore existimamus incepisse, alio esse promotum, alio des-*  
*niq̄ve esse consummatum: nec minùs Six. Amama in Antib.*  
*bibl. ad h. l. p. m. 451: non sunt adèò coërcenda Vaticinia: &*  
*paulò post: satis vaticiniis factum esse solet, si eventum ipsoo-*  
*rum non in ipso τὸ ὄν, sed in vicinitate quadam terminemus.*  
 It. Petr. Cunæus libr. I. cap. XI. p. 89: *Illud meminerint (illi*  
*scil. qui in contrariâ sunt sententia) in oraculis haud curio-*  
*sè vestigari tempora oportere: pleraque enim interpretan-*  
*da latissimè sunt &c.*

§. 18. Prætereà non adscribere gravabor etiam hîc  
 locum & mentem veterum Ebræorum in יווחסין i. e. *de*  
*Genealogiis* pag. 15. qui postquam mentionem ic̄ti fœderis  
 ab Assamonæis cum populo Romano fecerunt, quid de  
 circumstantia temporis totalis & ultimæ ablationis sce-  
 ptri, quam גלות אדום *Captivitatem Edom* appellant,  
 sentiant, ita ibidem subjungunt: ובלשו הכרית ומשם  
 ואילך היו משועברים לרומיים ואז התחיל גלית  
 : י אדום i. e. *Et tunc cessare fecerunt (ruperunt) fœdus (Ro-*  
*mani) & ex eo & deinceps fuerunt subditi illorum Judæi: at-*  
*que tunc incipit Captivitas Edom.* Deniq̄ve ea, quæ de  
 notatione temporis magis confusâ, quàm concisâ vel ac-  
 curatâ hîc notavimus, ita intellecta tamen volumus, ut a  
 tro lapillo minimè notemus eos, qui accuratiùs aliquàm  
 sup-

supputant terminos : neque enim nos valdè fetit brutum fulmen, quod extat atque torquetur in eos, qui tempus nati vel nascentis Messiae supputant accuratiùs, in Cod. Sanhedrin cap. II fol. 97. תפח רווח שני מהשבי קצין i. e. *rumpatur spiritus eorum, qui supputant terminos.* Sic est; *Rumpatur quisquis rumpitur invidiâ.* Martial.

§. 19. Postremò, vocabulum שִׁלֹה quod concernit, ineptiarum ne quid hinc desit, alii aliiqve Judæorum accipiunt in eâ significatione, in quâ aliàs, si de Sole occidente sermo est solùm adhibetur: v. gr. Gen. XV, 12. & 17. cap. XXVIII, 11. Amos VIII, 9. Zach. VIII, 7. &c. (דָּשַׁשׁ יָצִיחַ *sol oriens sortus* in sensu contrario vid. Gen. XIX, 23. Psal. XIX, 6. &c.) Quem in sensum, apud Poëtas Græcos etiam dicitur δὲ αἴ vel δὲ εἰν ἕως γαίαν vel γῆν. Ac in sensu dato *occulendi* vel *destruendi*, ut volunt, jam שִׁלֹה exponunt ineptè planè de urbe Siloh (subsequens nostrum שִׁלֹה cum hac malè confundentes) destruendâ juxta Ps. LXXVIII, 60. & seqq. Jer. VII, 12. seqq. sensu eo: *non auferetur Sceptrum de Juda, donec destruatür velevertatur Siloh.* Nugæ: & extra rem omnia. Aliter item iterumqve Onkelus, Jonathan, Jerosolymitana Versio, quæ עַד זְמַן הַיְיָוִי : מְשַׁחֵה מְלֶכֶה usque ad tempus, quo veniet rex Messias. Eodem modò, vel certè in hunc sensum, etiam Syro, Arabs, Persica Tavvusi. Aben Esra עַד שְׁבִי : at verò Davidem hinc intelligit perperàm, LXX. & eorundem ὁμόφωνοι: ἕως ἂν ἔλθῃ &c. Transeant. Sequitur nunc:

### שִׁלֹה SCHILOH.

§. 20. Pererio hinc num. 46. Obscuræ admodùm & ambiguae significationis Vocabulum. Marco Marino in  
Arca



Arca Noë planè ignotum : Salmeroni in præfat. Tom. I.  
 in N. T. nullius significati. Tentanda nihilominus res.  
 Cæterum Originatio ejusdem & ante omnia investigāda.  
 At verò & in hancce anteqvam inquiramus Interpretes  
 audiendi extantiores Veteres maximè, imò recentiorū  
 etiam nonnulli; ut sic fortassis ansa scil. detur nobis illam  
 rectius cognoscendi nec non dein significationem Voca-  
 buli dati. Ita igitur Onkelus, Ger: עֲרֵךְ דְּיִתֵי מְשִׁיחָא  
 מְלֻכּוּתָא דְּדָוִד הֵינָּה מְלֻכּוּתָא  
 donec veniat Messias, cujus est re-  
 gnum, Jonathan: זְעִיר בְּנוֹר מְשִׁיחָא  
 rex Messias, parvus filius ejus, Jerosolymitanæ Versionis autor :  
 מְלֻכּוּתָא דְּדָוִד הֵינָּה מְשִׁיחָא  
 rex Messias, cujus est regnum. Ebræo-Samaritanus Codex, item Versio:

Ἡσυχῆς *tranquillus, pacificus*, translationē quidē juxta  
 autoris Oper. Angl. LXX. & Theodotio: ἐὰν ἔλθῃ τὰ ἀπο-  
 κειµενα αὐτῶν, *donec veniant, quæ reposita sunt ei*: alii Co-  
 dices: ὅπου ἀποκεῖται, *cui repositum est*, Syrus: **ܟܝܢܝܢܐ**  
*is cujus illud est*. Arabs: **الذي هو له** *is cujus ipse*  
 est. Persica Tāvufi: **مسیح** *Messias, Christus*: Vulga-  
 ta: *qui mittendus est*. Pagninus, Vatablus, Münster. Arias  
 singuli τὸ Schiloh retinent. Tremell. & Junius: *filius ejus*.  
 B. Lutherus: *Der Held/Dietenberg: der Messias / oder*  
*Der gesand soll werden*. Belgica: *tot dat Silo komt*. Pi-  
 scator: *bis das kommen wird sein Sohn &c.*

§. 21. Nunc at verò quid inde? Parùm sanè: extra  
 quod sensum eleganter Interpretes Chaldæi, Onkelus, Jo-  
 nathan, autor Jerosolymitanæ, Persica, qui omnes atque  
 singuli: *Messias, Christus, cujus est regnum*: quibus vide-  
 ri poterant annumerandi (omninò) Syrus & Arabs, qui  
 is

*is cuius illud vel ipsum est* scil. *regnum* intelligimus: immò Samaritans Codex, qui *Schiloh*, *pacificus*, *tranquillus* &c. B. Luth. quo collimare videtur: *der Held*. LXX, Theodosionem, Vulgatam &c. mittimus cum *mittendo* & *reposito* suis: vid. Cornelius hîc. Jam, sunt igitur alii aliiqve, qui simplicem, alii qui compositam vocem volunt. Qui à מִשֵׁ deducunt *misit*, *emisit* è quorum numero sunt Hieronymus, Aug. Steuchus Eugubinus, Gordonus Huntæus, Cornel. à Lap. H. Grotius, (add. Flacius Illyr.) Pontificiorum alii plurimi, Vulgatæ Patroni &, adeò pro מִ quondam מִ scriptum, nempe, מִשֵׁרָ volunt, (extra Fontium verum, contra consensum Paraphrastarum omniũ, præsertim Samaritanum, imò Grammatices analogiam.) quinimò quod in Pererio, aliis, admiratione dignum, quibus *Messias* & *Missus* vel *mittendus* Vulgarii unum idemq; sunt, (an ratione etymi, an sensus?) hos, ut modò suprâ, cum bonâ pace missos facimus. Sunt porrò qui à מִשֵׁ rad. derivant, cuius significata tria facit Buxtorfius in Concordantiis: 1. *tranquillum esse, quiescere*. 2. *errare, oblivisci*. 3. *secundina, secunda*: addit Menasse ben Israël in Concil. ad h. l. quartum: *Civitas, Siloh* nempe. Quâ ratione מִשֵׁ absolutum vel simplex nomen esset, & denotaret vel *tranquillum, pacificum*, tranquillitatis autorem, datorem; vel eum, qui singulari ratione & modo ex *secundis* mulieris aut virginis tantum, sine cooperatione viri, natus sit. Porrò aliis Composita vox est: utut, fateamur, eadem ex justis & separatis vocabulis aliàs pauciores in lingua primigeniâ sunt, nisi in Nominibus propriis. Et quidem aliis venit à מִשֵׁ inusitato aliàs quidem: vid. R. D. Kimchi in lib. rad. Pagnin. in Lex. Buxtorf. in Concord. h. l. quasi verò dicas מִשֵׁ & addito aff. הֵ fœm. gen. (ita

(ita volunt : quemadmodum dico / אלה / אלה / סתה /  
 עיר / שיר ) pro i masc. ( non sine id certà sua ratione  
 & datà operà ) *filius ejus*, scil. Judæ aut hujus posteritatis.  
 Aliis à ש / ל & i affixo , quasi dicas שלו vel לו אשר donec  
 quod veniat *quod ei* scil. repositum, regnum vel quidvis  
 aliud rarum, carum, pretiosum : ita volunt : iterùm תפ ה  
 aff. foem. gen. pro i masc. posito. Longè petita nimis ori-  
 ginatio illa est, quam dat Leo Castrius, lib. 3. Apolog.  
 ה שיל i. e. *donum s. promissum ei*. Faceffant : coacta tanquam  
 nimis pleraq;

§. 22. Nobis ergò arridet, ut simplicissima, [quantum  
 videtur] omnium & commoda omninò superior Origina-  
 tio Nominis à radice recepta satis & communiore (vid.  
 Concord. Indices) שיר (Samaritanus en NB. unus solus  
 quam & integrè exprimit, retinet, in fidem Cod. nostror.)  
 ut sit idem formæ קימוש / קיטור &c. sub significatu 1. eò :  
*tranquillus, quietus, pacificus fuit*. vid. & conf. Jes. IX, 7. &  
 2. ( utrumque enim, quantum sensum & nomis appropri-  
 ationem, commodè & rectè conjungimus ) eò, quo *se-*  
*cundas* notat (שעג vel שעג) sexus seqvioris : vid. Deut.  
 xxviii, 57. & conf. cum 2. Reg. IV, 28. Unde Latinorum  
 item alii aliiqve dededucunt *Salus, salvus, Salvator &c.* &  
 affine hisce 'Inos vel *Jesus*, à ישע quidem quod aliàs & re-  
 ctè deducitur : conf. Matth. 1, 21. Atqve adeò arbitramur  
 Nomen inter alia Messia, ( quorum è Talmude Codice  
 Sanhedrin cap. 11. foi. 98. alibi, non pauca v. gr. ינון *Jinnon*,  
 חנינה *Chanina*, מנחם *Menachem* &c. adducit Cl. Bux-  
 torf. in Lex. min. rad. גין quo in loco hoc nostrū שיר  
 expressè etiam & primo loco ponit : quid? reperiuntur,  
 benè multa apud Jesaiam cap. IX, 6. alibi ) singulare planè  
 E &

& inter reliqua princeps esse: quo ipso respectum habuit Spiritus S. absque dubio ad loc. præ cæteris extantiorum Gen. III, 15. sive Protevangelium, quod rectè salutatur, ibidem descriptum, quo sicuti Messias laudatur futurus Semen Mulieris, contritum caput Serpentis, tranquillator adeò & Sospitator, Vir Pacis inter DEUM & homines: ita hoc in loco nostro, Filius secundarum & tranquillitatis pacisq; autor & largitor verus &c.

§ 23. Altiùs aliquàm, in timore Domini, hæc atque talia pensculabimus: Denunciaverat, nimir. ut ex parte & modò dictum, DEUS ter Opt. Max. Adamo atq; Chavæ lapsis, dolor in peccatum & mortem temporalem & æternam lætum illud nuncium de Messia, Semine mulieris, (שֵׁנ מְלִיכָה non שֵׁנ מְלִיכָה vel שֵׁנ מְלִיכָה) contritum caput Serpentis antiqui, h. e. diaboli, id igitur Evangelium novissimū vel princeps subinde & successivè in temporibus subsequentibus confirmavit magis magisq;, clarificavitq; additis huic quandoque circumstantiis certis aliis aliisque: Noacho v. gr. quod in Semo, in cujus tentoriis habiturus item sit Japetus, benedictio hæc sit aliquando implenda: porrò Abrahamo, quod non in Ismaele, sed Isaaco. Huic non in Esavo, sed Jacobo. Nunc verò en ipso in hoc loco nostro manifestiùs aliquantum & adhuc explicat sese Spiritus S. Jaacobum quantum, quod nempe non è Rubeno, Simeone, aliis filiorum plurium ejusdem, sed Juda nasciturum sit Semen illud benedictum Mulieris, quodque porrò futurus sit שֵׁנ מְלִיכָה *Schiloh* hic secundinæ filius, non item maris, sed secundarum tantum: addita item & porrò temporis circumstantia hæc, quod nasciturus tunc sit, quando Sceptrū de Juda auferetur. Mofi nec non Davidi factæ promissiones

acs

nes Deut. xviii, 15. seq. 2 Sam. vii, 12. seq. add. xxiii, 1. 1. Par. xvii. al: xviii, 11. seqq. hinc quoque non prætermittendæ. Tandem qualia Sole clariora facit Spiritus S. per os Jesaiæ, è stirpe, ut creditur, regiâ Davidicâ nati, atque רַדְדָּ (Jes. V, 1.) dilecti vel patrum Messia: Jes. vii, 14. vaticinantis expressè ibidem בֶּן הַעַלְמָרָה *Filium Virginis*, quid clarius? futurum hunc Schilo nostrum: addita à Michâ συγγενω̄ Esaiæ Prophetâ, ut suprâ temporis, ita hinc circumstantia etiam loci nativitatis & patriæ Messia: Bethlehem Ephrata cap. V, 10. Hæcque & illa: mittimus alia.

§. 24. Postremò ecquis verò SCHILO ille? Resp. Audivimus nō semel suprâ jam ab Interpretibus: *Messias*, *Christus*, *cujus est regnum*: (add: antiquissimus liber בְּרַ: *Schilo est rex Messias*.) Notetur hinc non minùs Cabbala in vocabulis duobus יבא שילהו quorum literæ faciunt 358. totidem quoque משיח. Atque omninò nobis Christianis idem est JESUS Nazarenus, Rex ille Judæorum, ὁ εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας. (Notetur iterùm Cabbala hinc in יבא שילהו ולו quorum literæ tres priores per Rasche teboth constituunt nomen ישׁו conf. & vid. R. Elchanan in myster. Cabb. Weidner. serm. 1. adv. Judæos, Baal Turim &c.) Cujus temporibus utique Sceptrum à Judæis ablatum penitus fuit: (teste historiâ universâ & sacra & profana) atque inficiabitur idem, aut potest, nemo & nullus, nisi Apella solus. Quid verò ille vel illi adhuc dum? Ogganniunt nempe: hunc fuisse Mo- sen vel Saul, Davidem, Ierobeamum, Nebucodonesa- rem, similiter. Cadmei en fratres! Vanitas addo falsi- tasque. Prædicuntur hinc, (verbo) à Jacobo filiis suis

cap. eod. comm. i. ea : quæ futura vel eventura sunt,  
 בְּאַחֲרֵי הַיָּמִים *in temporibus novissimis.* Nullus er-  
 gò horum superiorum hìc intelligi potest. Nullus. Et  
 tantùm etiam de Schilo שִׁילֹה. Plura in hanc rem & profu-  
 sa magis qvi discupit legere, quantum nominis id vid, illi  
 & conf. post Lexicograph. & Interpretes ad h. l. Flacius in  
 Cl. Script. S. part. i. col. 1143. Martinius in Lex. Philolog.  
 hìc, Sixt. Amam. Antib. bibl. p. 448. seqq. Glasius Phil.  
 S. lib. i. tr. i. p. 71. seqq. Mülleri Iudaismus cap. 8. p. 189. seqq.  
 Tarnov. Exercit. lib. 2. class. i. p. 547. seqq. Menasse ben Isr.  
 in Concil. ad h. l. Hackspan. hìc, add: Fagius, Mercerus,  
 Chamier. &c.

יְקָהָרְוֹ & *ei obedientia.*

§. 25. יְלוֹ Monosyllabum: sed tripliciter composita  
 vox, ex י copulâ, ל dandi casus notâ & affixo masc. gen. י  
 Porro יְקָהָרְוֹ vel יְקָהָרְוֹ. si quod aliud, controversum  
 inter Lexicographos & Interpretes & ipsum vocabulum,  
 & ratione etymi & significatûs: derivant quippe à יְקָרְוֹ, à  
 à קוה, à קהה, à נקה, à לקה vel קהר, redduntqve præpri-  
 mis trifariam (reliqua mittimus significata minoris tanq,  
 commatis) & ipsi *expectatio, aggregatio, obedientia* po-  
 pulorum: qvalia, quantum sensum, facilè & commodè  
 aliàs subordinantur. Qvorsùm Samaritanus, Arabs, Per-  
 sica Tavvusi, Aqvila Ger, Græcus, B. Lutherus: *Congrega-*  
*tio*, q. v. à לקה vel per metathes. lit. קהר. Onkelus:  
 & *ei obedient* (יִשְׁתַּמְעוּ) *populi*: Jerosolymitana: *subjici-*  
*entur.* ita etiam Belgica & Piscator. Syrus, LXX, Theodo-  
 tio, Symmachus (minimè etiam Aqvila, Corneli) Vul-  
 gatus: *expectabunt, expectatio* (q. v. scriptũ esset יְקָהָרְוֹ  
 יְקָהָרְוֹ) εἰσδοξία. Jonathan solus: propter eum *collis*  
 que

quiescent populi, absq; dubio interim in sensu obediendi vel subjectionis accepto vocabulo. | Breschith rabba : futurum est, ut gentes seculi hujus deferant munera Messia, filio David.

§. 26. Nobis placet & thema יקה (planum videl. : coacta reliqua) quod Avenarius hic scribit יקה cum map-pik : ut ut verbaliter idem in usu non sit : & significatus audiendi vel obediendi : respectu scil. habito ad superius & שט & מקק Principat9 & Legidatio. Forma Vocis dages-sata h. l. an dagesch euphoniae ? alia vel altera potius occur-rit Prov. XXX, 17. Vid. locū, qui insigniter & thema & si-gnificatam nostrum confirmat. Faciunt porrò nobiscum non minùs Onkelus, princeps facilè inter Interpretes Chaldaeos : add: imò Ierosolymitanae autor & Ionathā ; itē autor Ohel Mohed, in קבֿוּ qui : מצוה יקה משמעה וקבול מצוה יקה i. e. יקה est obedientia & acceptio mandati s. praecepti : adde Breschith rabba suprā alleg. modò. Cæterum Obedi-entiam (cui, en, aded quantum sensum aggregatio, imò expectatio includitur) intelligitur h. l. & universalis, ut mox dicetur, & spiritualis, quæ non coacta per vim & media externa, sed voluntaria & spontanea omninò sit, voce evangelii quæquæ parabitur & propagabitur.

עמי־ populum.

§. 27. עמי־ populus, à multitudine sic dictus, quasi qui obtegat & obscurat multitudine suâ faciem terræ. Pluralis integer עמי־ habetur semel Nehem. IX, 22. Chaldaei : Onkelos, Jonathan nec non Syrus idem reti-  
nent. Cæterum communi hac voce potius utitur Spiritus

E 3

tus

tus S. ( non ע"י, quā gentes infideles & incircumcisæ  
 aliās & ut plurimum ) ut omnium omninò nationum &  
 lingvarum sic rationem habeat & cū Iudæos tum genti-  
 les copulet, qui sese SCHILOH, Mesia, submissuri  
 sint, præstituri obedientiam superiùs descriptam; adde,  
 ob multitudinem insignem plurali utitur potiùs item,  
 quàm singulari ע. Postremò adi & conf. nunc loca Ies.  
 XI, 10. Mich. VII, 12. Agg. II, 8. similia alia plu-  
 rima. Tantùm.

יְהוָה:



APPEN-







## APPENDIX:

*exhibens*

**HIEROGRAPHICUM,**  
juxta Auctores fide dignos, in  
rupe quadam montis Oreb, quæ pars est mon-  
tis Sinai, à Mose divino Viro frequentatis o-  
lim, sesquipalmaribus incisum literis, hodie-  
que adhuc legi ibidem dignum: Cujus  
Lectio & Interpretatio Latina  
hæc fit:


**DEUS VIRGINEM CONCIPERE  
FACIET: ET ILLA PARIET  
FILIUM:**

**Π**ολυμέρως καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς  
Πατέροι: *Multis vicibus & multis modis olim DE-*  
*US loquutus est Patribus: id ante omnia & in sensu*  
fano suo Authoris Epist. ad Ebræos Cap. I. comm. i. insti-  
tuto accommodare nostro liceat, Utut enim quidem  
(sal-

(salva sua semper ὑπερῶς Verbi D'EI scripti, monumentorum SS. Vet. Noviſque Instrumenti ) in censum superiorum Patefactionis modorum, hoc, de quo in praesenti Hierographicum nostrum, non venit: attamen forte fortunâ, casu aut cœco fato quodam idem occupasse locum suum, vix dicendum. Enimverò ad rem, Est notissimi nominis, quid? celeberrimi, πολυμαθὴς καὶ πολὺ-γλωσσος Vir, ATHANASIUS KIRCHERUS, Fuldenſis Buchonius, Romæ qui adhuc vivit: hic in Prodromo suo (Oedipi Ægyptiaci) quem inscribit, Copto sive Ægyptiaco, Cap. VIII. pag. 201, seqq. hanc in medium adfert primus, in quantum constat, mirabilem vetustissimamque, ut vel ipse vocat, Scripturam sacram, de qua mox, sive Hierographicam sive hieroglyphicam, immò Cabbalicam. Cujus, cum in paucissimorum manibus sit hic Liber, in gratiam συμπιλολογῶντων, Appendicis in vicem, h.l. & propter materiæ quandam affinitatem, dabimus compendio: quæ prolixis & perplexis nonnihil Auctor: I. Schema. II. Historiam. III. Judicium de eadem, cum Auctoris tum etiam aliorum.

### I. SCHEMA.

De quo notandum: in duobus præcipuisque locis per oscitationem Sculptoris omissos Orbiculos, adhibitos alias sæpe in hac Scripturâ, quosque existimamus nos ornatus gratiâ accessisse eidem.



II. HISTO:

F

## II. HISTORIA.

Sacrum hoc Schema AUCTOR CL. se primùm accepisse affirmat à quodam Dominico, Germano, natione Silesio, Arab. ling. Professore Romæ, ut vires in eo suas experiretur: qui hoc ab *αὐτόπτη* Thomá Obecino, Novariensi, Fr. S. Francisci, Orient. LL. peritissimo, cujus in lingvâ Italicâ authenticum quoque producit testimonium, pag. 205. Id Schema porrò se contulisse etiam affirmat cum alio quodam exemplari, simillimo suo planè, Johann: Baptistæ Doni, qui ab Anglo quodam idem accepit. Denique approbata hæc omnia ab Illustriss. D. Petro à Valle, cum montis Sinæ, tum Scripturæ hujus oculato item teste & inspectore, aliis. Inscripta fertur, vel incisa potiùs profundè satis, sesquipalmaribus literis (*un palmo & mezzo*, Ital. (rupi cuidam vel saxo, petrae parvæ, ad radices montis Oreb (*in una pietra piccola, posta à piedi del monte Oreb*) quæ pars sit quædam montis Sinai; in quo loco DEUS Mosi olim in rubo apparens incombusto primùm cum eodem locutus est, & deinceps Legem etiam dedit: & vetustissimis quidem temporibus, longè ante exhibitum Messiam, attestantibus accolis horum locorum, aliis circumstantiis: vel à viro quodam sancto, vel potiùs Vate vel prophetâ, nisi, planè à Mose ipso, divino Viro: cujus (procul dubio omni) utpote aliàs plures similesque, teste, autore, ibidem locorum reperiantur Inscriptiones: loca v. gr. LXX, palmarum, collectionis mannae, confracti-  
onis duarum tabularum, alia designantes, V. pag. 219.

III. JUDI-

### III. JUDICIUM.


Indigenæ ejus loci populi, Arabes, nec non religiosi, monasteriorum ibidem incolæ, ad unum omnes, pro insolubili hanc Scripturam & à nemine hæctenus explicatam habuerunt. Freti unâ solâ ramentum traditione quædam, credunt hanc esse Jeremiæ prophetæ, symbolum atque indicem quasi manum (*ove haueua nascosto li sacri vasi del tempio*) ubi sancta templi vasa absconderit: addito, sæpenumerò (*un splendore mirabile*) mirabilem quendam splendorem supra istâ petrà visum. Cæterùm monet rectè P. Th. Obecinus, in suo authentico allegato, ex Maccabæor. II. capitis secundi collatione cum Deuter. XXXIV. hunc montem illic (in Maccabæis) Nebo in terrâ Moabitarum designari, minimè Oreb vel Sinai, Madian, distantes ad minimum X X. miliar. Jam, Auctor verò noster ita de eadem habet: (dabimus autem nunc & hac vice ipsissima Ejus verba) ita enim ille pag. 206: *Hac itaque testificatione acceptâ, dico hanc Scripturam* (omnium Orientalium opinione inexplicabilem, à nemine antehac explanatam, pag: præced. 201.) *antiquam Chaldaicam esse* (quanquam asserat dicatq; exertè etiam pag. 202. alibi, ad Ebraicæ, Samaritanæ & Syriacæ linguarum characteres proximè illam quoque accedere) *quam Assyriam & Targumicam alii, alii Aramaam, Libonæam seu Babyloniam, eò quod tempore regum Israel & captivitatis Babylonie eâ passim & vulgò uterentur; alii deniq; alius nominib; appellant. Character verò ejus antiquus Hebraus est, monogrammaticus, ad mysteria sub eo latentia à profanorum lectione securiùs occult-*

*cultanda, exaratus: cujus Sensum istum esse dicimus,  
qui sequitur:*

**DEUS VIRGINEM CONCIPERE  
FACIET.**

*Verum, ut explicationis facta (verba adhuc sunt  
Auctoris) veritas luculentius omnibus innotescat, sin-  
gularum Vocum resolutionem in suis literis hic appo-  
nam:*

*Ανάλυσις  
Inscriptionis Chaldaica antiquae:*



The image shows a handwritten inscription in Chaldee script, consisting of four lines of characters. The script is a cursive form of the Semitic alphabet, with some characters resembling the letters 'J', 'A', 'L', 'M', 'D', 'N', 'S', 'V', 'G', 'C', 'F', 'I', 'E', 'T'.

*Jebten                      Almatha                      Adonai.  
Deus Virginem concipere faciet.*

*Hanc*



Hanc literarum analysin cum pensculatiùs excus-  
sifsem, in ultimâ voce יבטן duas alias adhuc voces conti-  
neri adverti, videlicet sequentes :

והבטן בן  
והבטן בן  
והבטן בן

*Vethabten Ben: & illa pariet filium.*

*Ita ut totius Scripturae sensus sit: DEUS VIRGI-  
NEM CONCIPERE FACIET, ET ILLA PARIET FILI-  
UM. Haecenus Autor.*

Porro Assensum etiam adducit Virorum ali-  
quot in Orientalibus lingvis peritissimorum, quos  
sibi super hac lectione & interpretatione suâ habeat  
ὁμοφύκτες. Fusius etiam non nihil hæc tum postea de-  
clarat (reservatis tamen vicissim aliis aliisque ipsi  
Oedipo suo promisso) præsertim apices tres priores  
mysticos quod attinet. Paucissimis : Apices tres  
ipso dictos, in modum coronæ dispositos ferè, ex  
Veterum instituto, tria Jodim interpretatur, quibus  
mysticum DEI nomen יהוה vel יה non tantum  
quondam significabatur, sed S.S. Trinitatis mysteri-

um quoque insinuatur. Quo nomine adducit solem-  
 nem à Sacerdote summo olim populo datam, tri-  
 bus dextræ manus mediis digitis extensis, tanq. tri-  
 bus Jodim (Symboli quasi loco, & in ipsum hunc fi-  
 nem, teste Rambam) benedictionem; quæ utpote  
 typus fuerit ejus, per Patrem, Filium & Spiritum S.  
 in lege gratiæ fidelibus deinceps dandæ, benedictio-  
 nis. Iem יה ipsum Nomen DEI, decurtatum,  
 quodq; vocant aliàs, & quod ex ipsis verbis, sede suâ  
 tanq. propriâ, Exod. III, 14. & præsertim verbo  
 יהוה *Ero vel Sum* ter repetito desumptum extra-  
 ctumque sit: ה. מ. אשר יהוה כה תאמר, *id est, Ego sum qui sum, sic*  
*dices: qui Est misit me ad vos: quasi verò manifestè*  
 DEUS dicat: יהוה *Ego (sum) ille Jah*  
*vel DEUS, Ego ille DEUS, sic dices: יהוה vel*  
*misit me ad vos.* Et quæ sunt alia, his similia, quæ  
 adfert, concernentia tres dictos ipsos apices my-  
 sticos,

In reliquorum characterum (dictà suprâ de  
 causâ) expositione contractior nonnihil Auctor est,  
 majora atqve plura nos quando potiùs expectaba-  
 mus. Alterum vocabulum עלמתה *Almatha* ei-  
 dem est, quod producit, ה. ע. *Virgo*: quam Ebræi  
 עלמה, Chaldæi עלמתה, Syri *Virgine-*  
*nem juvenculam & absconditam* appellant. Cujus li-  
 teras singulas, ad Ebræorum partem, partem Syro-  
 rum accedentes satis manifestas esse, existimat.  
 Mem clausum porrò & ipsum in Schemate, ut est a-  
 pud



pud Jesaiam, cap. IX. in voce לְסִרְבוּרָה, h. e. Virginitatem Deiparæ illibatam, nec non alia, ubi urget. Tertia Vox ipsi sequētia includit verba μονογενεσματος Schemati inserta: יִבְטֵן וְהִבְטֵן בֶּן h. e. *concipere faciet, & pariet filium.* Radicem constituit בִּטֵן (Ebr. בִּטֵן *venter, uterus,*) q. d. *factum ex ventre producere, parere, item concipere.* Cujus urpote radicis literæ cum servilibus in posteriore Schematis parte occultata lateant. Ex quibus omnibus atque singulis tandem concludit Veritatem suæ Lect'ionis & Interpretationis, Vetustatem porro Hieroglyphici hujus, denique finem etiam atque præcipuè exarati ejusdem, ibidem potissimum loci. Nimirum, ut clara quædam & manifesta, sed mystica tamen & intricata quædam expositio esset & Nominis יהוה JEHOVA primum, & mysterii Incarnationis, τρωμας per rubrum ardentem, sed incombustum, ibidem Mosi nec non populo electo revelatorum adumbratorumque: adeoq; ut ex parte jam dictum, potissimorum Religionis salvificæ mysteriorum: Nominis scil. DEI essentialis JEHOVA, S.S. Trinitatis, Incarnationis Verbi, adeoq; totius Operis Redemptionis generis humani. Tantum.

תָּלַח אֲבִין:

D<sup>e</sup> Sceptro Juda Tua Dissertatio, SCHULTZI, Tractat, & adversas conterit arte strophas. Perge per Aonii decurrere te squa laboris Admetam, Pindi Sceptra gemella favent.

Johannes Andreas Quenstedt,  
 D. Prof. Publ. h. t. Acad. Rector.

\*\*\*\*\*  
 UT plurimam præsens meretur gloriam,  
 SCHULTZETE, dissertatio, quâ Tu bene  
 Pra.

Prædictionis difficillima eruis  
Sententiam: sic ipsa largas omnibus  
Opes Tuæ eruditionis comprobat.  
Pertexe cæptam deinde telam naviter,  
Quò debitis olim fruaris præmiis.

συγχαίρων ἐξέδρασε

Balthasar Stolberg/  
Prof. Pub. & h. t. Decanus.

~~~~~~~~~  
**S**ilicet hic etiam circum præcordia dudum  
in Musas nostras jam Tibi sedit amor,  
SCHULTZI mi, hinc prodire foras cupis exq; periri  
in Lingvâ sanctâ quid tua lingua queat.  
Perge hanc, perge viam, rectam contingere metam,  
Sicq; feres studiis præmia digna tuis.

Convictori suo pl. amato æstimatoq;  
scri beb.

PRÆSES.

~~~~~~~~~  
**A**blatum est Sceptrum Juda. Judæ, quid optas?  
En JESUM! SCHILO na tibi verus adest,  
Junge, cui grator, SCULTETI commata, venit  
MESSIAS dices, venit itemque SCHILO!

Honori Doctis. Dn. Contubernalis &  
Commensalis scr.

M. Johannes Wilhelmus Hilliger /  
Fac. Phil. Adj.

~~~~~~~~~  
**E**gregium decus est didicisse fideliter artes,  
& sua per celebres dona tulisse Viros.  
Hocce decus studiò dum Tu, SCULTETE, requiris,  
emicat ingenii vis generosa Tui.  
Maeste tuus Musis! applaudit noster Apollo,  
digna labore satis præmia (crede) feres.

CONVICTORES STOLBERGIANI,










Aug VI 15

ULB Halle 3  
003 865 746  



Sb.

Reho  
VD 17  
KD 18  
Z









B.I.G.

Farbkarte #13

שנת 71 74

PHILOLOGICA  
DE  
PETRO

in auferendo ante  
PHILOH, Messiaë :  
XLIX. Com. 10.  
Cui  
umenti affinitatem :  
OGLYPHICA, in rupe qua  
s montis Sinai, à Mose divino  
olim, incisa, & in hunc  
a modum :  
CONCIPERE FACIET :  
ARIET FILIUM.  
in Acad. Witteberg.  
ESIDE  
BERTO, Prof. Publ.  
adem, Sen.  
PONDENTE  
ILIPPO Schulzen/  
rg. Misn.  
ar, in Audit. Maj.  
ANNIS HAKEN.  
M DC LX XV.